

Andreas Austen Johann Daniel Ambrosius


Syztsis Philologik De Mortis Genere, Quo Judas Proditor Vitae Suae Colophonem Imposuit

Rinthelii: Wächter, 1688

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746971249>

Druck Freier  Zugang





40

Fa-1092 (40.)

2.

3.

4.

30

29

28.

27

26

25

24.

23.

1.


2.

3.

4.

9

10



Matth. xxvii, 5 et
Act. 1, 18.

בגה

ΣΥΖΗΤΗΣΙΣ ΦΙΛΟΛΟΓΙΚΗ

DE

MORTIS

GENERE,

QUO

JUDAS PRODITOR

VITÆ SVÆ COLOPHONEM

IMPOSUIT,

QUAM

DEO AŪSPICE,

Sub PRÆSIDIO

ANDRÆ AUSTEN,

Græc. & Or. LL. Profess. P. & Eccles. Reform.

Pastoris Secund.

Publico συμφιλολογητων examini sistio

JOHAN DANIEL AMBROSIUS,

Hernbreitungâ-Cattus.

Ad diem 5. Septembr. h. lque solitis.



R I N T H E L I I

Typis GODFR. CASP. Wächters/ Acad. T. An. 1688.

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21

20

VIRIS
GENEROSO, NOBILISSIMIS
AMPLISSIMIS; CONSULTISSIMIS SPECTATISSIMO
DN. ALEXANDRO

â
DAUBER,
DN. JACOBO STIRNIO,
SERENISSIMÆ DOMUS HASSO. CASSELLANÆ
CONSILIARIIS GRAVISSIMIS,|

| Alii quidem apud Rinehelienses, huic verò apud Marpurgenses.

DN. JOHANNI DAVIDI
MOTZ,
SERENISSIMO CATTORUM LANDGRAVIO
à SECRETIS:

DN. REINHADO BODICKER,
VEREDARIO PER UNIVERSAM HASSIAM
MERITISSIMO

â
DEO TER OPTIMO MAXIMO
Prosperitatem atque felicitatem omnigenam apprecatur

Se suaque studia tanquam Patronis Musarum optimis commendat

&
Specimen hoc Academicum
debitâ observantiâ

offeret ac dicat

Joh: Dan: Ambrosius.



ΣΥΝ ΘΕΩ.

* * * * *

Πρόπυλον.




rodeat in theatrum Judas Iſραηλιώτης, quaviā lunā natus, qui exsecrando suo facinore turpissimum t̄is ἀχαριστίας χάρμα nomini suo inussit. Nam qui non delet peccatum per

pœnitentiam, nec illud deletur per memoriam. Hieronymus Comment. in Marc. III. Tom. IX. p. m. 75. CAIAN 1, quos Tertull. de Præscript. adv. Hæret. c. XLVII. CAINAEOS vocat, quòd Caini ἀδελφοῦ ἰσραηλιῶτην, ut factum egregium, laudibus cumularent, ἸΥΔΑΜ in delitiis habuerunt, & per quàm magno honore maclaverunt. Ἰσραηλιῶτες γὰρ θέλωσιν εἶναι συγγενῆ ἑαυτῶν, καὶ ἐν γνώσεως ὑπερβολῇ ἰδὲν αὐτὸν καταζημῶσιν. Hunc enim volunt esse affinem suum, eidem que excellentem quandam cognitionem attribuunt, teste Epiphanio de Hæres. L. I. Tom. 3. p. m. 267. Adeò ut etiam præsciverit, quantum esset generi humano Christi passio profutura, & occidendum propterea Judæis tradiderit: quemadmodum Augustinus Hæres. XII. p. m. 112. recenset, & Sixtus Senensis Biblioth. S. L. II. Sub titulo Judæ ex eo repetit. An à Cerintho, quem E-

A

pipha.

30
29
28
27
26
2
24
23
2
2



piphanius p. m. 110. ἀπὸ τῆς Ἰνερῶδης σπογῆς
 genitum dicit, insaniam hanc hominum infrunitissimi hauserint,
 nostrum haud est inquirere, multo minus determinare.
 Suffecerit annotasse, Autores nunquam satis laudati operis,
 quod Centuriæ, & à loco ubi natum, Magdeburgenses, insignitur,
 Cent. I. L. II. c. V. p. m. 485. disertis verò
 bis testari, Judam à Cerintho fuisse honoratum. Neque
 verò hanc ob causam. Proditorem maximum penicillo
 nostro deformandum suscepimus. Absit enim, absit, inquam,
 à nobis vesania illorum hominum, quibus helleboro ad purgandos
 meatus cerebri nariumque opus esse nemo non videt.
 Judam cum Hipponensium Episcopo Tract. VII. in Joh. detestamur,
 iniquitatem ejus averfamur, quam ipsemet, sed lento nimis
 passu atque serò execratus est; inquit, ἡμαγ-
 λον ὡδῶδ' ἀπὸ ἀδῶν. Matth. XXVII. 4. Dissidium &
 insignis inter Criticos, verborum apicumque estimatores acer-
 rimos διαφωκία, quam in explicandis atque conciliandis Scrip-
 toribus S. Matthæo & Lucâ ultimam atque fatalem vita
 τῆς ἀεδοῦς periodum insauantibus animadvertere sedulus Le-
 ctor poterit, me potissimum pellexit, ut opellam qualemcunque
 (meo enim me pede metiens curram meam suppellectilem pro-
 bè compertam habeo & ore rotundo profiteor) ad expendenda
 ea conferrem, qua auctores Θεόπευστοι de tragico miserrimi ex
 bipedibus exitu in suis scriptis cana posteritati reliquerunt.
 Quam in finem verba eorum primo loco sistam, iisque ad state-
 ram appensis, & sub examen justum revocatis, eam, quam à
 obitu Juda foreo sententiam, liberè promam, concessa unicuique
 hac ἐλευθερίᾳ, ut suo hanc abundet sensu, quam ne mihi quis
 quam in videat, aut in vito extorqueat, humanissimè rogo.



S. I.

QUæ jam ad nostrum collimant scopum & de pernicie Judæ agere videntur, *Matth. c. XXVII. v. 5. Lucas Act. c. I. v. 18.* sequentibus circumcise exponunt verbis.

Καὶ ἀπέλθων ἀπήγγαστο. καὶ πενήτης γενόμενος ἐλάλησε μέσσω, καὶ ἐξελύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ.

Operæ præteritum erit Versiones nonnullas, easque nobiliores & notiores in medium producere. *Syræ* primum locum deferimus, quæ reliquis omnibus propter antiquitatem suam palmam vel præripit, vel ambiguam facit, Illa verò textus superius allatos hunc in modum exprimit.

היה כן נפשו : ונפלו לו ארבעה אצבעות ונתפרטו מן מצעו

·:· גורו כלו ונתפרטו *Et abiens strangulavit se ipsum. Et cecidit super faciem suam super terram & disruptus est ex medio, s. mediâ sui parte, & effusa sunt omnia intestina ejus.* *Syræ* excipiunt aliæ. *Vulgata Basilea* anno *M D LXXIIX.* impressa legit. *Abiens laqueo se suspendit. Et suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera ejus.* *Leo Judæ* in Bibliis suis, quæ superioris seculi anno *XLIV.* Tigurî prodierunt, transtulit. *Et abiit & laqueo se profocavit. Suspensusque crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera ejus.* *Janius & Tremellius:* *Et profectus strangulavit sese. Et precipitatus crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera ejus.* *Lutherus.* *Sieng hin/ und erhängte sich selbst. Hat sich erhängt/ und ist mit ten ensey geborsten/ und all sein Eingeweide aufgeschüttet.*

BELGA. *Ende henen gaende verworghde hem selven. Ende voorwaerts overgevallen zynde is midden opgeborsten ende alle syne Inge-*

30

29

28

27

26


25

24

23

22

21



Den zyn uytgeffort. ANGLUS. *And went, and hanged him self. And falling headlong, he burst asunder in the midst, and all his Bowvels gushed out.* POLONUS. *Obšedšy obiesiel sie. A obiesiwszy sie rozpułł sie na poly / y wyplynely wszytskie wnetrzności jego.*

Alias Versiones silentii sippatio involvimus. Atamen si aliquid in iis occurrerit, quod nostræ Dissertationi lucem foenerari queat, illud in medium protrudere haud gravabimur.

§. I I. Promissi ergo nostri memores ante omnia textûs authentici analysin dabimus. Ne verò temporis inæstimabilis jacturam patiamur, vel Lectori nostro propositione rerum notissimarum fastidium creemus *συνομοσεα* percurremus, quæ levioris sunt momenti, prolixitatem iis reservantes quæ spississimis pressa nebulis Authoribus in diversas partes eundi *ἁφορμὴν* i. *occasionem* porrexerunt.

καὶ. Et. Est *σύνδεσμος*. Apud Hebræos, Syros, Arabes, Persas nec non Samaritanos exprimitur per *ἢ* inseparabile. Quandoque *καὶ* ad imitationem *רֵב* ἢ Hebraici alium, induit significatum. vid. *Glass. Philol. S. L. IV. tr. I. p. m. 574. Joh. Vorstius de Hebrais. L. I c. VI. p. m. 222. Beza in Notis ad Nov. Test. passim.* Hic communem & usitatissimam retinet *σημασίαν*, sermonemque de *Ἰουδα* institutum *συνδέει*.

§. *Ἀπέλθω*, *Abiens*, *profectus*. *Particip. aor. 2. gen. m. n. f.* à verbo *ἀπέρχομαι*, conflatò ex præpositione *ἀπὸ* & *έρχομαι*, quod unà cum suis compositis tempora ab inusitato *ἐλεύθω* mutuatur, & propterea inter anomala à Grammaticis refertur. *Ἀπὸ* quotiescunque com-

πολι-



positionem ingreditur cum verbo à vocali inchoato, suam vocalem ultimam abjicit, ne propter vocales mutuò se excipientes *κακωφωρία* irrepat, quæ linguam ahiàs suavissimam suavitate suâ priver. Hinc pro *ἀπόερχομαι* dicitur *ἀπερχομαι*. Fut. *ἀπελεύσομαι*: *Joh. VI. 68. Rom. XV. 28. Arist. 2. ἀπήλυθον*, pro quo per syncopen legitur *ἀπῆλθον Gal. I. 17. Apoc. X. 9*. Hic absolutè ponitur nullumque casum regit. Plerumque tamen casum Præpositionis sibi vindicat, sc. *genitivum*: *ἀπελθῆν τῷ βίῳ*: *è vita discedere*: pro quo etiam simpliciter dici solet *ἀπελθῆν mori*. Sic a *Laertio vitâ in Platonis*, mortui vocantur *ἀπελθόντες*. Nonnunquam construitur cum *πῶσει αἰτιατικῇ*: *πῶσιν ἀπῆλθε τὴν ὁδὸν*. *Abiit hac viâ.*

§. IV. *ἀπήγεατο*. Est 3. pers. s. n. aor. i. med. à verbo *ἀπάγω*, quod compositum est ex *ἀπό* & *ἀγγω*, cui Latinum *Ango* natales suos debet, quod secundum *Diomedem* propriè significat, *præfocare, strangulare*. Rarissima hæc est avis & albo rarior corvo in Novi Testamenti pande-ctis: nam semel tantùm legitur, & quidem hoc in loco, qui præ manibus est. *Οἱ ἐβδομήκοντες* in Versione suâ *Veteris T. 2. Sam. XVII. 23*, planè eodem usi sunt verbo, quando exitum Achitophelis descripserunt. *καὶ Ἀχιτόφελ εἶπεν ὅτι ἐκ ἐγενήθη ἡ βεβλή αὐτοῦ, καὶ ἐπέσχε τὸν ἔνον αὐτοῦ, καὶ ἀνέστη, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, εἰς τὴν πόλιν αὐτοῦ, καὶ ἈΠΗΓΕΑΤΟ, καὶ ἀπέθανε*. *Judæi* pariter *Hellenistæ*, à quibus origo librorum Apocryphorum petenda videtur, quamvis *Isidorus* eosdem sub nomine Apostolorum ab Hæreticis compositos esse referat, *Tobia III. ψ. 10*, de Sarâ narrant, quòd cùm impropéria & con-

30

29

28.

27

26.

2

24.

23.

2.

2



vitia ab ancillis Patris sui audiret, ἐλυπήθη σφόδρα, ὥστε ἀ-
 πάγξασθαι. In profanis Autoribus frequentior hujus
 vocis usus comparer, quod ignotum esse non potest iis, in
 quorum manibus versantur. Totam messem collegit
Jacobus F. F. Gronovius in Exercitationibus suis de casu &
perniciæ Judæ, quem consulere poterit cupidus Lector,
 præsertim pag. 162. seqq. Nos aliquot saltem profere-
 mus loca, *Thucydides: ἐν τῶν δένδρων πνὲς ἀπήγχοντο.*
Theocritus Idyl. 3. Ἀπάγξασθ' με πίνσεις. *Aristophanes*
νεφ: Ἀπαγξάειμν τρέχων. *Alianus Hist. Var. l. v. c. 8.*
Σωκράτης μὲν κωμωδόμενος ἐπέλα: Πολιάξος δὲ ἀπήγχα-
το. *Polybius Autor gravissimus LXVI. c. 19. de Abyde-*
norum desperatione sic loquitur. Ὁ δὲ Φίλιππος θεω-
ρῶν τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἐρμὴν τῶν σφᾶς αὐτῶν καὶ τὰ τέκνα,
καὶ πᾶς γυναῖκας ἀποσφαττόντων, καὶ καινόντων, ἀπαγχόντων,
εἰς φρέατα ριπτέντων, καὶ κρημνίζόντων ἀπὸ τῶν πεγῶν,
ἐκπλαγῆς ἦν, καὶ διαλεγῶν ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις παρήγελε,
διότι πρὸς ἡμέρας ἀναστροφὴν δίδωσι τοῖς βελομένοις ἀπάγ-
χασθ' καὶ σφάττειν ἐαυτῶν. Xenophon L. III. κύρια
παῖδ: sic loquitur. Ἔνιοι γὰρ φοβέμενοι μὴ ληφθέντες ἀ-
ποθάνωσι, προαποθνήσκουσιν ὑπὸ τῆ φόβῃ, οἱ μὲν ριπτέντες
ἐαυτῶν, οἱ δὲ ἀπαγχόμενοι, οἱ δὲ ἀποσφαττόμενοι. In *Epi-*
grammate quodam Græco scribitur, ἀιχυνθεὶς πετόσιρον
ἀπήγχατο. In alio verò: καὶ γαμῶν ἀπήγχατο.

§. V. Verùm de genuinâ hujus verbi significa-
 tione Criticorum Coryphæi vehementer contendunt,
 nullusque adhuc disceptationum finis est, sed pendet
 sub Judice lis. Quandoquidem autem verissima est illa
 Judæorum sententia דִּם הָרִיב נָשָׁא תַּחַת רִּיבָא וְלִישָׁא הַרְיִבָּא נִשְׂ
 תַּחַת רִּיבָא וְלִישָׁא דְלִישָׁא. Non est in lege vel una litera, à quâ non
 dependet.



dependeant magni montes, ejusque veritatem præsertim hoc in loco manu quasi palpamus, nobis hoc operæ datum autumabimus, ut in eruderandâ huj^o verbi significatione maximo cum studio versemur, omnemque moveamus lapidem, donec ad ipsam arcem pervenerimus. Invento enim genuino verbi ἀπάχου significatione, deprehendent etiam alii nobiscum, quàm dapsiliter errent, qui Matthæum cum Lucâ committentes nescio quam pugnam lepide inter utrumquê somniant. Contortis etiam & salebrosi conciliandi modis haud opus erit, sed spontè cuncta fluent.

§. VI. Aliorum primo loco recensebo sententias. Magnus ille *Salmasius*, Criticorum facilè Princeps, in eâ versatur opinione, quod ἀπάχου semper sonet, *laqueo sibi finire vitam*. Audiamus ipsum loquentem. *Scriptis Matthæus Judam semet ipsum suspendisse: non enim aliam Interpretationem hæc verba recipiunt apud Matthæum: καὶ ἀπὸ λθων ἀπήγατο. Et rectè Vulgaris Interpres, & abiens laqueo se suspendit: Hoc verbo non aliter utuntur Græci Scriptores. Et paulò post. Nunquam hoc verbum Græcum in aliâ notione acceptum est. Vestigia incomparabilis Viri legit Abrahamus Calovius in Bibliis Illustratis ad Matth. XXVII. 5. Ubi ex Thucydidis superius allegato loco, & ex Hebræorum קָמַח, quod 2. Sam. XVII. 23. adhibetur, pro quo Septuaginta Senes Nahum II. 12. habent ἀππύγειν idem demonstrare satagit. Sed ὡς ἐν παρόδῳ observandum παρόραμα, quod an Doctissimo Viro, an operis typographo impiagere debeam ignoro. Pro ἀππύγειν posuit ἐππύγειν, quod Græcis Musis & inauditum & ignotum est. Supra memoratus Gronovius,*

Aca.



Academiae Lugdunensis, quae in Batavis est, insigne ornamentum eadem chorda oberrat, quando citatarum *Exercitationum* 17. & 18. fusè, multis undiquaque congestis testimoniis, quae denso agmine in aciem producit, probare annitur, non tantum nullam aliam ejus verbi significationem apud Graecos Historicos esse, sed insuper, vix esse Scriptorem Graecum, cujus publica & probata sit Auctoritas, qui non eo verbo & quidem in ea sententia utatur. Idem opus agere videtur post *Fesselium Advers. Sacr.* l. 1. c. XI. §. 2. 3. *Crauserus* quidam in *Phosphoro* p. 79. Cujus haec inter alia sunt verba. *Activa* vox ἄνδρην denotat suffocare, strangulando suspendere. *Passiva* verò ἀνδρην strangulari, sibi mortem laqueo consciscere. Sed superfedere hoc potuisset labore, quem Stephanus, Vir de orbe literato meritissimus exantlavit. Cui sua *Crauserus* debet.

§. VII. Alii aliam & longè diversam calcant semitam, statuentes τὸ ἀνδρην quidem denotare suffocari laqueo sibi imposito, vel mortem sibi laqueo consciscere: sed non solum. Generaliorem dicunt esse hujus verbi significatum, qui specialem strangulationis modum non excludit. Hinc laudatus Stephanus in *Thesouro suo* col. 57. ἄνδρην suffoco, strangulo, laqueo interimo, suspendo strangulans. ἄνδρην Pass. suffocor, strangulor; sed frequenter ἀνδρην pro strangulare seipsum, mortem sibi laqueo consciscere. Candidè tanè: nam generaliiori significatione praemissa, quae continetur sub vocibus suffoco, strangulo, & suffocor, strangulor, ad specialem descendit, laqueo interimo, suspendo strangulans, & mortem mihi laqueo conscisco. *Clarissimus de Dieu* in *notis ad Mattheum* his verbis cal.



calculum suum addit: Ἀπύχασιν nihil præter suffocatio-
nem significat, & in medio relinquit, laqueone & suspensione
ea facta sit, an potius subito morbo, qui Græcis ἀπύχασιν dicitur.
Suffragatur Doctissimus Heinsius, Vir multæ lectionis,
quemadmodum videre est in Exercitationibus ad Matthe-
um & Lucam, ad quas, cum in plerorumque versentur ma-
nibus, Lectores nostros ablegamus. Ioh. Gerhardus Vos-
sius, Reipublicæ literariæ decus eximium, eandem fovet
opinionem. Sic enim Harm. Evang. L. II. c. 3. §. 14. p. m,
2 16. scribit: Verbum ἀπύχασιν, quo utitur Matthæus, idem
est, quod ἀποπνίχασιν sive suffocari, quod laqueo quidem fit,
non solo tamen, sed etiam mærore. Ὁ πᾶν Grotius, sapientiæ
promicondus, etiam si statuatur ἀπύχασιν Græcis idem esse,
quod suspensio sibi vitam adimere; ab eo tamen significa-
tu recedit, quod absque temeritatis insigni notâ Vir erudi-
ditus facere non potuisset, nisi eam vocis significationem,
quam ei affricat, apud Veteres probatosq; Auctores inve-
nisset. Sed meretur ipse audiri. Prolixiora quidem sunt ejus
verba, verum non pigebit nos ea exscribere ex Comm. ad
Matth. XXVII. 5. Est quidem Græcis ἀπύχασιν suspensio sibi
vitam adimere, ut ἀπύχασιν μεποίησιν apud Theocritum. Sed dif-
ficulter id conciliatur cum Petri narratione Act. I. ubi aliud mor-
tis genus Iudæ tribuitur, effusis sc. intestinis, cum pronus in faci-
em corruisset. Quibus deinceps subjungit: Videamus igitur an
hoc loco Matthæus nõ agat de morte Iudæ, ut qua serius contigerit,
& fortè post resurrectionem, ut multorum fert conjectura, sed
de gravissimo exulcerata conscientia tormento. Nam compres-
sionem spiritus è mærore summo hac voce indicari, vel unus
Tobia liber nos docet, ubi de Sarâ dicitur c. III. 12. ἐλυπήθη
εὐφρόδω, ὡς ἀπύχασιν. Et de Achitophete, in quem quæ dicta
sunt à Davide, in Iudam apprimè congruunt, & de quo simili-

B

ter

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21





ter legimus ἀπήγατο, ubi in Hebraeo est *גמול* (non verò *גמול*, quod cum per errorem tythetæ apud Grotium irrepsisset, ab ipso quoque Calovio in Bibliis Illustratis bonâ fide retentum est, qui si Biblia evolvisset, ex iis errorem *σφάλμα* facile corrigere potuisset) quod verbum & Syrus & Arabs hic usurpant, sentiunt Hebræorum non ineruditi non laqueo sed mœstitiâ eum periisse. Hucusque Grotius. Patria Pricans, Autor celeberrimus habet, scribens in *Comm. ad Matth. c. XXVII. Sanè sic sumi vocem ἀπάγχεδς non est inficiandum.* Respicit ad antecedentia, ubi Virorum Doctissimorum sententiam de eadem exposuit, dicens: ἀπάγχεδς non esse exponendum per laqueo præfocari, sed vi ac impetu mœroris vitam evadere. Unicum adhuc proferam, qui *ὁμολογήθη* est superioribus, scilicet *Guil: Saldenum*, recentiore quidem, non tamen rejiciendum, qui eruditissimis suis scriptis Theologicis, tum Præxintum Theoriam concernentibus, applausum apud Viros Clarissimos promeruit. Ejus hoc est iudicium in *Osiis Theol. I. II. Exercit. VIII. p. m. 384.* ἀπήγατο ergo est ab ἀπάγχεδς, quod dubio procul martem laqueo consciscere etiam significat. Latini per strangulationem vertunt. Sed vel per vocem hanc Græcam, vel per Latinam nihil aliud præter strangulationem per laqueum significari posse, nemo hæctenus probavit. Et quibusdam interpositis pergit: *Deducta vox est ab ἀγχο, quod & strangulo significat; atque ἀγχομα, quod non strangulor tantum notat, sed mœrore etiam consumor.*

§. IIX. Sed quò non deducimur. Sanè posuit nos amor extra circum, quem hujus materiæ currimus: Ne ergo longiores simus in referendis aliorum opinionibus, & obvia referamus, progrediemur ad explicanda ea,



da ea, quæ nobis de hoc verbi significato optima videbuntur. Pindari calculo justam ad causam tria verba sufficiunt, breves itaque erimus. Ἀπάγχουμαι generalissima est vox & cujuscunque generis strangulationem significat. Inficientes habebimus maximæ Auctoritatis Viros, quibus absolum videbitur nostrum de hoc verbo judicium. Dicent enim ἡς τὸ πῶς ἵππων, quali proverbio Græci utebantur, quemadmodum scribit Svidas ἐπὶ τῶν ἀλλοκῆτων i. e. de absurdis. Sed bona verba, quælo. Sedatis agamus animis, viam sapientum consignatam vestigiis teramus, non affectu aut opinione de curriculo veritatis devii. In nullius verba jurabimus, nullas copias auxiliares aliunde accersemus, sed solâ ratione duce agemus. Si verò à communi declinaverimus tramite, & à plurimorum sententiâ dissenserimus, veniam nos impetraturos facilem nulli dubitamus; præsertim cum in tali versetur materiâ, in quâ animorum divortium citra discrimen salutis locum obtinere queat. Ab ovo rem ordiamur.

§. IX Ἄγχω, cui originem suam debet ἀπάγχω & ἀπάγχουμαι propriissimè, ut barbarè loquar, significat, strangulo, suffoco, fauces constringo. Hinc est verbum latinum *ango*, mutatâ duntaxat aspiratâ in mediam, X, in g. Τὸ ἄγχεις ὡς Προπεπλαε τὴν Ἑλένην. Quid o Protefilæ strangulas, angis Helenam: inquit Lucianus initio cujusdam Dialogi, & Homerus, Poetarum Phœbus, cujus tempora incerta, verba æertissima sunt, Odyf. T. i. e. XIX. in medio p. m. 533. Edit. Amstel. de an. 1649.

— — ὁ μὲν λάε νεβρὸν ἀπάγχωσ.

Hic quidem hinnulum, s. pullum cervi videbat suffocans. Ἄγχων verò dicuntur omnia, quæ fauces constringunt, vel

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21



suffocant: sive sit humor aliquis inflammatorius, qui glandulas ac musculos tracheæ & œsophagi omnesque partes faucium isthmum constituentes occupans, maximam deglutendi & respirandi difficultatem generat. Quod certum morbi genus est, & Æsculapii filii ἀγχόνη s. angina appellatur, alio nomine tonsilla: Medicorum vulgus squinantiam vocat. Hæc propter diversas suas species diversa sortitur nomina συνάγχη παρὰ συνάγχη, κυνάγχη, παρὰ κυνάγχη. Sive is sit dolor mærorque: nam ut Naso Tristium L. V. Eleg: I. canit

Strangulat inclusus dolor atque cor aestuat intus.

Xenophon pariter loco citato §. 4. dicit: ἡ δὲ τῶν φόντων ἀπαγχόμενοι, quod de strangulatione quæ fit per laqueum intelligi minimè posse tota verborum series clamat. Sive sit cura: huic etenim Juvénalis strangulationem s. ἀγχόνην adscribit Satyr. X. v. 12. p. m. 97.

*Sed plures nimia congesta pecunia curâ
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonium census;
Quanta delphinis balæna Britannica major.*

Dum sc. omni ratione laborant, ut suus census tanto excedat, aliorum census, quanto balæna Britannica exsuperat delphinæ mole. Hæc & alia ad internas τῆς ἀγχόνης causas commodè referri possunt. Sed præter internas dantur externæ: Sic Ovidius in Ibin circa finem.

*Comicus ut mediis periit, dum nabat, in undis,
Et tua sic stygius strangulet ora liquor.*

Fabius Senator Prætor in lactis hausta uno pilo strangulatus fuisse perhibetur à Plinio l. VII. c. 7. Tiberius Claudius Cesar Drusum filium Pompejis impuberem amisit, propter lussum in sublime jactato, & hiatu oris excepta strangulatione.



latum. Sueton: in vitâ Claudii §. 27. p. m. 188. Carthaginenses, si fides adhibenda est Appiano τὴν βελὴν Nucerinorum εἰς τὰ βαλανεῖα συνέκλεισεν, καὶ ὑποκαίοντες τὰ βαλανεῖα ἀπέπνιξαν. Qui implet os aqua, adeo ut stranguletur, illum aqua strangulat. Nimia cibi copia solet quandoque interciperere halitum & strangulare. Sic Zenophantes apud Lucianum. Ἐγὼ μὲν γὰρ ὅτι παρεῖσι τῶν Δεινῶν πλέον τῶ ἰχθύε ἐμφαγῶν ἀπεπνίγην, οἶδα.

§. X. Sed reclamabit eorum αἰρησις, qui generalem verbi ἀπάγχω significatum restringunt, & objicient verbum ἀποπνίγειν, quod ab Appiano, Luciano aliisque de strangulationibus illis, quæ absque laqueo sunt, usurpatur. Sed Sybillæ quasi folia sunt, flatuque rationis citò dispelluntur. Πνίγω & ἀποπνίγω æquè est aliquid genericum ἀάγχω & ἀπάγχω, strangulationemque quamvis, etiam illam, quæ mediante laqueo peragitur, sonat. Quod posterius si demonstraverimus, in fumum resolveretur opinio eorum, qui statuunt πνίγειν esse genericum & de quavis suffocatione, exceptâ illâ per laqueum, quam verbo ἀπάγχω & ἀπάγχω denotari cupiunt, accipi. Aristophanem ad partes nostras revocabimus & Hesychium, Autores probatissimos. Quorum ille πνιγεῖν ὁδὸν εἰς ἄδης vocat cum quis à se ipso suffocatus, strangulatus, ad Orcum descendit, seu, quum laqueo vitam finiens ad generum Cereris descendit. Nam Baccho querenti vias

Ὅπως τάχιστα ἀφίξῃται εἰς ἄδης χάτω.

καὶ μήτε θερμὴν, μήτ' ἀγασ. ψυχρὰν

Hercules respondit primam esse à resti, & à scabello ut seipsum suspendat

Μία μὲν γὰρ ἔστιν ἀπὸ καίλου καὶ θρανίου.

Ἐρεμάσαντι σαυτόν.

Is.

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21



sc. ut scabellum adscendens & funiculum collo aptans se præcipitem det, & sic animam miseram efflet. Quibus Bacchus subjungit: — — — πᾶνε. πιγερῶν λέγεις. i. e. suffocatoriam dicis. Πιγερῶν, ergo, qui laqueo strangulantur. Prolixius hæc legi possunt in *Aristoph.*: βατραχ. *Act.* 1. *Scen.* II. *Hesychius* laqueum vocat Πιγερῶν, quod facere haud potuisset, nisi etiam illi, qui laqueo mortem sibi consciscunt, dicerentur πιγόμενοι. Sileo *Occumenium* qui c. II. in *Act.* *Apost.* ἀποπνίγειν adhibet pro strangulatione per laqueum. Verba ita sonant Ὁ Ἰσδάς ἐκ ἀναπέθανε τῇ ἀγκύρῃ, ἀλλ' ἐπεβίω κατενεχθεὶς πρὸ τῆ ἀποπνίγῃναι. *Judas* suspendio è vitâ non discessit sed supervixit: dejectus est enim priusquam præfocaretur. *Victas* igitur dabit manus *Doctissimus Gronovius F. F.*, cujus honoribus nihil detractum esse volo, alique qui πνίγειν cum composito suo ἀποπνίγειν nullibi usurpari dicunt pro suffocare laqueo, sed pro suffocatione aliâ tantùm.

§. XI. Sed è diverticulo in viam. Quemadmodum ἀγκύρα genericum est, ita etiam ἀπάγχω & ἀπάγχουμαι. Præpositio enim ἀπὸ quæ ad verbum simplex accedit, & verbum constituit, talem inferre non potest compositi mutationem in significato, ut tantùm eam denotet violentiam, quæ extrinsecus in collo adhibetur, nec etiam quamvis, sed præcisè eam, quæ circuitu laquei id angustiat: ut idem contendit *Gronovius*: p. m. 155. Sed videamus etiam an non in illo significato quem nos adstruimus, apud Græcos Authores reperiat. Hoc si demonstraverimus ruet tota illa ædificii moles, quam fundamento parum solido cum *Gronovio*, *Salmasius* & *Calovius* alique superædificaverunt, quæque probare anni-

tunꝰ



euntur Judam solo suspendio periisse: illud ingeminantes: *Nunquam hoc verbum ἀπάγχεω in aliâ nozione apud Græcos acceptum esse.* Xenophontem audivimus §. 9. & §. 4. edifferentem quid metus apud multos valeat, scilicet quod ἀποθνήσκω ὑπὸ τῆ φόβῃ, οἱ μὲν ῥιπίζοντες ἑαυτοῖς, οἱ δὲ ἀπαγχόμενοι, οἱ δὲ ἀποσφάττομενοι: *mortui sint praemetu, hi quidem in præcipitium acti, vel se ipsos præcipitantes, alii strangulati, alii manus sibi ipsis inferentes.* Nemo verò, ut opinor, τὸ ἀπάγχεω hoc in loco per solam explicabit strangulationem per laqueum: imò ulterius pergam; nemo hîc ejus generis strangulationem intelliget: Nam illa continetur sub verbo ἀποσφάττω; qui enim se laqueo strangulat ἀποσφάττων ἑαυτοῦ ἢ manus sibi inferens optimo jure dici potest. Quando enim ἀπάγχεω & ἀποσφάττω conjunguntur, per illud procul dubio aliud mortis genus quàm se suspendere intelligendum est, nisi verba citra ullam necessitatem, imò frustra conglomerata esse dicere velimus. Quale verò! En! ἀπαγχόμενοι ὑπὸ τῆ φόβῃ itaque dicuntur illi, quibus metus tantum incutit mœrorem, qui etiam spiritum stringat, & occludat, sive mors subsequatur, sive non. Hinc Libanius τὸ ἀγχομαι ponit & usurpat pro mœrore conficior angor. Ad Ælianum accedamus; qui loco memorato de Polliagro refert quod strangulatus fuerit. Σωκράτης μὲν κωμωδῶμεν ἐρέλα: Πολιάγῃ δὲ ἀπήχαστο ἢ. e. pro mœrore, dolore, irâ & affectibus vehementissimis. Sic enim debere intelligi præcedentia clamant, in quibus scommata & convitia quid valeant his verbis ostendit: σκώμματα ἔ μόνον ἐλύπησε πολιάγῃ, ἀλλὰ καὶ ἀπέχαστο. Scommata sæpius non tantum tristitiam, sed etiam mortem

in se.

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21



inferunt. Hanc in rem adducit Poliagram. Quis verò dicere audebit, hominem in ipsa Comœdia seipsum laqueo necavisse. Quare mirati me subit, quomodo Versio Schef-feriana non potius habeat Poliagrus strangulatus est, quàm Poliagrus seipsum strangulavit: cùm neque vocis natura interpretationem illam necessariò flagitet, neque cum circumstantiis locis conciliari possit, ut jam dictum est. Cùm verò de illo Theocriti: ἀπάγχαδς με ποιήσεις mens adhuc dubia hæreat, nolumus quicquam de eo dicere. Hippocratem producemus testem, qui τμήμ. δευτέρω. μυ. scribit. Τῶν ἀπαγχόμενων καὶ καπιλυομένων μηδέπω δὲ τεθνηκότων εἰ ἀναφέρουσιν οἷσι ἂν ἀφρὸς ἢ περὶ τὸ σῆμα. Ubi Interpretes ἀπαγχόμενος reddunt per strangulatum. Quid verò illud sit, quod Medicinæ Parens per ἀπάγχαδς intelligat haud obscurè Commentator ejus Anton: Musa Brasavolus in notis ad eundem s. his verè bis exponit. Illi strangulati & strangulari dicuntur, quibus occluditur spiritus per occlusionem arteria, quod extrinsecè fieri potest, aut laqueo aut manûs apprehensione. Intrinsecè autem ob tumorem præter naturam occludentem, vel ob esum rei strangulantis & spiritum occludentis, ut de Ephemero Dioscorides dicit, quod Colchicum vocat. Est autem id, quod à nostris pharmacopolis hermodactylus nuncupatur, quo pro re sanâ utuntur quum venenum sit. De loco Tobia III. 12. Grosium cum audieremus, nihil dicimus. Ex quibus sole meridiano clarius esse existimo, vocem ἀπάγχαδς non solum illam strangulationem significare quæ laqueo collo adaptato peragitur; sed & eam, quæ alio etiam modo, quicumque is sit, homini obvenit. Quo verò significatu hoc in loco sumi debeat, ex sequentibus patebit. Nunc Matthæo relicto ad Lucam pergemus. §. XII.



§. XII. καὶ περηνῆς γενόμενον. *Præcipitatus.*
 Duo sunt nominativi, quorum posterior est aor. 2. *medii*,
 participii, à verbo γίνομαι: prior autem nominis, περηνῆς,
 εϞ, quod componitur à πρῶ, ante & νέωa *vergo*, *auto*.
 Hinc *Galeno Lex: Hipp.* τὸ περηνῆς, εϞ, πρὸς τὴν γῆν νέου-
 κϞ. Dicitur etiam pro *ωρηνῆς*, *πρανῆς*, quod *Eustathius*
 posteris *Homeri* usitatus fuisse scribit, eaque scripturá
 extat apud *Galenum*, *Theophrastum*, *Paracellum*, *Xeno-*
phontem, *Aristotelem*, aliosque. *Sacra Scriptura* dicit
ωρηνῆς, idque semel tantum, sc: hoc loco. *Suidas* ex-
 ponit ἐπὶ πρόσωπον *in faciem: Hesychius* ἐπὶ πρόσωπον
πεπτωκώς, & περηνιχθέντα ἐπὶ πρόσωπον καὶ ἐπὶ σῶμα πε-
 σύνϞ. Communiter opponi solet τῷ ὑπὲρ *supino*. Sic
Juvenalis Satyr: 3. in fine.

———— Cubat in faciem mox deinde supinus.
 Sed videntur nimium angustis terminis significationem
 hujus vocabuli circumscribere, qui ita explicant. Fateor
 notare, & in faciem cadere, & ἐπὶ πρόσωπον ἢ σῶμα: Ve-
 rum etiam plus significat: quod inter alia cognosci po-
 terit ex illo *Homeri*

Ἄυτὸς δ' ἐκ δίφρου πρὸς τροχὸν ἐξεκυλίθη
 Πρηνῆς ἐν κνήσιν ἐπὶ σῶμα

Nam si *Homero* περηνῆς notaret ἐπὶ σῶμα, cur ea ipsa ad-
 didit? *Scholias*tes quidem scribit postremas voces esse
δηλωτικὸν τῆς *ωρηνῆς*. Si hoc ita sit, cur non etiam ap-
 ponit hæc, ἐπὶ πρόσωπον. Eidem *Homero* etiam urbes
 dicuntur *ωρηνῆς* γενόμεναι *Iliad: B. in medio. p. m. 62.*

Μὴ πρὶν ἔω' ἥλιον δῦναι, καὶ ἐπὶ κνέφας εἰλθᾶν
 Πρὶν με κῆρα *ωρηνῆς* βαλέειν *Πριάμοιο* μέλαθρον
 Διθαλόεν.

C

Qui



Quæ verba continent partem Orationis *Agamemnonis* ad Jovem. Si jam *πρηνής* nihil nisi pronum notaret, dicendum esset, etiã urbes pronas & in faciem cadere posse, & aliquid interesse, utrum adversæ an supinæ cadant, neque suffecisse *Agamemnoni*, quocunque modo *Priami* Urbem solo adæquaret, nisi hoc potius quàm illo pacto ruinam perageret. *Svidæ* interim explicationem τὸ πρηνής hoc loco defendunt *Augustinus*, qui teste *Erasmio* in *Act. 1. L. 1.* contra *Felicem* infelicissimum *Manichæum* capite 4. & 5. adducens locum dicit, *Et dejectus in faciem.* *Erasmus* l. c. *Gerhardus Comm:* in *Act. p. m. 31.* aliique. Nobis verò *πρηνής* ἦντα ille, qui vel ab alio vel à se ipso præcipitatur, sive jam eadat supinus, sive ἐπὶ πρόσωπον. Quod ipse *Lutherus* in *Versione Germanica* Sap. 4. 19. innuere videtur: qui verba illa ῥήξαι αὐτὸς ἀφάνης πρηνεὶς generaliter vertit, **Und er wird sie unversehens (mallem, ohne einigen Laut oder Geschrey) hernieder stürzen.** Si enim *πρηνής* pronum in oppositione ad supinum denotet, reddere debuisset αὐτὸς ἄνεστος hernieder stürzen. Universus autem ille versiculus agit de infelicitate malorum & in peccatis latantium hominum, eam ut exprimat, sumit translationem commodissimam, nempe ab præcipitatione, unã haud dubiè ex pessimis & publicè quondam non minus ac privatim usurpatis rationibus pereundi, dicitque ἔσονται μετὰ τὸτο εἰς πᾶσα ἀτιμον, καὶ εἰς ὑβριν ἐν νεκροῖς δι' αἰῶνα, ὅτι ῥήξαις &c. Ἀφάνης πρηνεὶς vocat alludens ad morem exsequendi istius supplicii. Videtur enim mos fuisse, ut tam ad alias pœnas ultimas, quàm ad præcipitium publicâ sententiâ condemnati, & rapiendi ad pœnæ executionem fuerent.



fuerint ore obthurato, h. e. ἄφωνοι. Hujus verbi itaque generaliore[m] significationem si attendisset *Syrus & Arabs*, non reddidissent *super faciem, super terram cecidit*. Et, *Synciput reflectens supra faciem suam in terram*. Cū[m] quorum posteriori videtur facere *Vulgatus*, & *Leo Judæ*, *Lutherus & Polonus* qui legit *suspensus*; quod planè ἀ-τοπον, quia πρηνῆς non *suspensum* sed *precipitem* denotat.

§. XIII. Ἐλακῆσε μέσθ. Verbum ἐλάκῆσε est 3. pers. aor. i. ἀτ: à verbo λακῆω, pro quo etiam dicitur ληκῆω. Frequenter sumitur pro *sono, sonum edo*: aliquando tamen *distumpor cum sonitu, it: crepo* significat, Sic *Svidas* exponit per μέσθ ἐσχίσθ, *medius filius, vel in medio diffusus* est. Idem enim est quod ῥήγνυμι. Hinc *λακῆς* ruptura. In *Glossario λακῶ, crepo Aristophan: νεφ: διαλακῆσασα*. Ubi *Scholia, διαρραγεῖσα, λακῆς γὰρ τὸ χῆσμα*. Celeberr: *Pricæus τὸ μέσθ* vult esse *δεινότητα*, quod *elegantix & efficacix* inservit: *magnamque gargaridiat exemplorum copiam* tum ex profanis *Scriptoribus, Homero, Plauto, Lucilio, Terentio, Cicerone*, cum ex *Sacro, sc: Lucâ XXIII. 46*. Sed *elegantix* haud inservire, sed *efficacix*, nobis certissimum est. *Alia enim ratio* *Scriptorum profanorum*, *alia Spiritûs S. qui non tam elegantiam affectat, quam rem, prout gesta est, exponit*. *Nihil hic superfluum, nihil abundans, sed omnia necessaria*.

§. XIV. καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Et *effusa sunt omnia viscera ejus*. Ἐξεχύθη 3. pers. aor. i. pass. ἐκχύομαι: à verbo ἐκχύω, composito ex præposit: ἐκ & χύω quod idem est cum χέω. Compositum hoc non nisi in formâ passivâ legitur in *Scripturâ N. T.*

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21



delectatus, secum instar singularis spoliū Romā Augustam
Vindelicerum deportavit. Vid. *Bienenkorb des H.
Römischen Jünnenschwarms* p. m. 63. a. Fundamen-
tum hujus sententiæ est, quòd omnes illi aurumarent ver-
bum ἀράχιδος non aliud quàm hoc innuere. Hinc
magno ille Calovius ore thrasonico pronunciat, *Mattheum
διαρρήδην habere, quòd Judas se suspenderit.* Ambiguitate
hujus vocis deceptus in eundem scopulum allisit Inter-
pres Vulgatus, cui non sufficiebat scripsisse *Abiens se su-
spendit*, sed adjecit, *laqueo se suspendit*; *Leo Juda*, qui, cum
vim vocis Græcæ benè expressisset, per *præfocavit se*, e-
andem per additionem inutilem obscuravit, quando ver-
tit, *laqueo se præfocavit*; Magnus *Lutherus*, *Anglus &
Polonus.*

§. XVI. Quamquam autem eandem videantur in-
flare hi Heroes tubam, diversum tamen edit sonum: Vix
enim inter se conveniunt de fatali illo ligno, ad quod su-
sensus Judas, longumque jota ex se faciens perierit.
Quas, quæso, nugas, quas nœnias non effutiant? Pudee
me hæc omnia proferre, non tamen puduit eos talia or-
bi erudito obtrudere & propinare. Ad *ficum* alii pro-
lapsi: ita *Juvenius* L. VI. *Hist: Evang:*

*Exorsusque suas laqueo sibi sumere pœnas,
Informem rapuit ficus de vertice mortem.*

Sed nisi fallor licentiam poeticam sapit, vel *συνεδοχμῶς*
hoc prolatum est, quomodo *almus, pinus, abies* accipi solet
à Poetis pro nave cujuscunque ligni. Vid: *Vossium in
Comm: Rhet: part. 2. p. m. 139. seq.* Quod, cum non atten-
disset *Beda*, historicè ac propriè accepit. Sed eum dece-
père, qui temporibus istis superesse eam fidem dicebant.

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21



Sic enim scribit libro de locis Sanctis c. IV. Portam David e-
 gredientibus fons occurrit in Austrum vel vallem directus, ad
 cuius medietatem ab occasu Judas se suspendisse narratur. Nam
 & ficus magna ibi & vetustissima stat. Sed fabellam lepidam
 redolet, quod de ficûs vetustate prædicat, nec majorem
 fidem meretur, quàm illa *Ædoris* de Terebintho, quæ
 adhuc hodie non procul à Bethlehem à nugivendulis
 exhibetur monachis, quam garrunt se flexisse atque
 umbram Mariæ *œoloneis* præbuisse, cum cœlum valde su-
 dum esset. Vide Itinerarium Orientale Arnd-Gebarde
 von Stammer p. m. 158. Eusebius enim & Hierony-
 mus nec non vetustas tota multorum seculorum eam ig-
 noravit. Sed fortè Ruminalis ad iastar erat ficûs, de
 qua legimus apud Tacitum *Annal. l. 15. c. 58.* verbis ex-
 tremis. Eodem anno (puta V. C. III. Christi 59.) Rumi-
 nalem arborem in Comitio, qua super octingentos & quadra-
 ginta, (vel ut Lipsius habet 30. vid: Matt: Berneggeri
 notas in h. l.) ante annos Remi, Romulique infantiam
 vexerat, mortuis ramalibus & arescente trunco deminutam
 prodigiû loco habitum est, donec in novos fetus revivisceret.
 Interea & hoc fabulosum esse cum Cl: Vossio arbitror.
 Ruminalis enim hæc ficus non tam propterea dicebatur,
 quod Romulus & Remus sub eâ educati sint, quàm quia
 pecus sub eâ solet ruminari. Festus utramque opi-
 nionem conjugit: Ruminalem, inquit, ficum appellatam
 ait Varro prope Curiam sub Veteribus, quod sub eâ arbore
 lupa rumam sive mammam dederit Remo & Romulo. Mam-
 ma autem rumis dicitur, unde rustici hados lactentes sub-
 rumios vocant, qui adhuc sub mammis habentur. Alii au-
 tem, sunt, qui putent, quod sub eâ pecus ruminari solitum esse.

Inte.



Interim *Cesar Baronius* de suspendio Judæ ad ficum
quæ traduntur, non tantum probat, sed etiam com-
probat argumento delumpto à vivacitate ficus. Sed
dignum patellâ operculum. Naturæ rûspatores fi-
cum inter eas numerant arbores, quæ citò pereunt,
vel ut cum *Plinio* loquar, quibus brevissima vita est.
Theophrastus insuper in libris de causis plantarum τὸ δίοσι
multis locis aperit: cujusmodi sunt, πολυκαρπία, & τὸ
μικρὸν, sc. multitudo fructus, & raritas ligni.

§. X V I I. *Adrichomius* è contrario aliam
arborum speciem elegit, sc. *Sycomorum*, *Maulberbaum*:
quarum arborum in *Palæstina* magna erat copia, cam-
pestrique solo gaudebant. Sic *Bellonius* refert, se in ipso
limine *Palæstinæ* propè *Carbassara* l. diversorium aliquod
Arabicum, *Sycomoros* vidisse seris quâdam in planitie di-
spostas, veluti apud nos *Juglandes*. L. 2. observ. 78. Sed
affirmare non erubesco ejusdem esse originis atque *Au-*
toritatis hanc traditionem, cum illâ de *Sycomoro*, quæ o-
stenditur in hortu propè *Memphin*, s. *Cairum*, *El Mata-*
ria dicto à lustratione, ubi *Christus* cum *Virgine matre* diu
habitasse fertur: in quo & fons reperitur, *Balsami* hortum
irrigans, in quo illa *Filium* sæpe lavasse, ejusque fascias &
pannos eluisse perhibetur. De quâ *Sycomoro* *Job*:
Henr. Vrsinus in *Arbor: Bibl.* c: 36. p. m. 457. ex *Ve-*
slingio in *Prosp.* *Alpin:* c: 6. hæc annotat. In eo sc: hor-
to, ingens quoque *Sycomorus*, jam à mille & quingentis annis
religione *Christianorum* nobilis. Vigent etiamnum cacumini-
na lætis frondibus, caudex tamen circa radices fœdè mutila-
tus: nam iidem, qui arborem osculis humedant, ejus particu-
lam de solido frequenter abscindunt: animi intemperantis
cul.

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21



stultâ curiositate labefactantes, quod affectu pio servare præstabat. Sed fortè hos similitudo quæ est inter ficum & Sycomorum eò permovit, ut hanc præ illâ suspensio Judæ dederint. Est enim Sycomorus, describente Dioscoride l. i. c. 44. *Arbor magna, fico similis.* Utrosque verò in hunc deduxit errorem mos suspendendi antiquus. Qui enim olim vel ex sententia judicis, vel propriis furiis agitati, laqueo sibi vitam finiebant, sæpe ex arboribus fuisse suspensos notum est vel ex isto carmine horribili apud Livium: *I Licetor, colliga manus, arbore infelici suspendito.* Hinc illud Græcorum proverbium: *ἐξ ἀξίῃ γὰρ ζύλας.* Sic etiam in vitâ Diogenis apud Lærtium legimus *γυναῖκας ἀπ' ἐλαίας ἀπηχοισμένους.*

§. X I I X. Audax profectò facinus hominum! qui curiositati suæ frænum laxantes, nescio, in quæ præcipitia prolabantur. Nec mirum. Nam qui ipso Spiritu Sancto sapientiores esse, & illa perscrutari volunt, quæ Magister optimus nescire nos voluit, insipientiam suam produnt. Nam concessio, quod hujus fatinæ homines sibi temerè sumunt, suspensio petiisse Judam, quis dicet an extra urbem, aut in urbe, an domi è lacunari aut è paxillo, an in horto vel agro ex arbore se suspenderit. *Eucolpus* apud *Petronium* in *Satyr*: p. m. 37. in cellâ ad spondam parieti junctam suspensio sui peragere volebat. *Eucolpus non quasi iracundia causam, sed continuo limen egressus, adduxit repente ostium cellæ, meque nihil tale expectantem inclusit, exemitque raptim clavem, & ad Gytona investigandum cucurrit. Inclusus ego suspensio vitam finire constitui: & jam semicinctio stanti ad parietem spondam junxeram* (s. ut alia legunt exemplaria spon-



spondæ me vinxeram) cervicesq; nodo condebam &c. Quem locum Cl. Vouvrerius in not: p.m. 251. desperatum vocat: nullum enim sensum habent verba illa, *semicinectio stantè ad parietem spondam junxeram.* Sed ad Iudam. Sit maneatque apud hujus sententiæ Patronos suspensum Judæ certissimum, deligant illi locum, deligant arborem, sive illa sit ficus, præsertim nigra, quam superstitio antiqua inter arbores posuit infelices, ut scribit *Macrobius Saturnal: l. 3. in fine,* sive Sycomorus, sive alia ligni species: Dicant autem quomodo de Judâ suspenso id dici poterit, quod Lucas Act. 1. tradit. *Hic Rhodus, hic saltus.*

§. XXI. Sed & sibi dictum esse putent Dissidii illi Viri, quod Poëta cecinit;

Aude aliquid brevibus gyaris & carcere dignum.

Quapropter manus admoveant, & quomodo de suspenso Iudâ Spiritus S. narrare queat, *πρηνης γενόμενος ἐλάκησεν μέσσοις, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ,* indicent. Sed en dissidium! En rixas atque contentiones! Placebit audire conatus, & quid lepidi excogitaverint percipere. Ad tres omnia referemus classes. Ad primam refero opinionem eorum, qui statuunt Iudam suspensum laqueo fracto precipitem decidisse, atque sive in stipitem lignumque acutum sive in saxum quoddam asperum incidisse, sive etiam absque tali illusione medium crepuisse, ac viscera effudisse, sive violentiâ casus, sive singulari vindicis DEI judicio venter medius crepuisse statuatur. Sed audiamus Casaubonum in *Exercitationibus* suis verba facientem. *Habent hæ narrationes diversitatis aliquam speciem, contrarietatis ne speciem quidem. Matheus expressit facti initium, Lucas finem, supplens divinutus, quod de erat narrationi Matthæi.*

D

filius

30

29

28.

27

26.

25

24.

23.

22.

21



*filium Proditoris fuerat, strangulatione sibi vitam eripere, ap-
 ptaat collo laqueum, impellit se, ut eò facilius fauces elidat. Placuit
 divina providentia, ut non simplici morte sceleratus pro-
 ditor periret. Frangitur laqueus, cadit in faciem Judas: id
 enim est περιηὺς γενόμεν. Cadit autem vel in saxum
 fortasse asperum, vel in ligni truncum acutum, aut alias DEL
 iudicio venter illi finditur, intestina effunduntur. Vox ἐλά-
 κησε svadet non tam casus violentia, quam arcanâ DEL vo-
 luntate, fissionem in ejus corpore factam esse, vi quâdam ex-
 traordinariâ intus operante. Hec est scripturarum simplex
 narratio. Ita Calixtus in Concordiâ 4. Evang: ita Calo-
 vius, in Comm: ad Evang: Matth. c. XXVII. Placuit
 hoc Gerharo, & Dieterico in Antiquit: Bibliis N. T. Si-
 militer crocitant multi alii. Sed ne sine ratione tan-
 tis viris recalcitremus, aut in laqueum concedamus, agen-
 dum nobis erit cum hujus opinionis Autoribus diligen-
 tius. An simplex poterit dici narratio Scripturarum, u-
 bi fingitur casus incertissimus & rarissimus, de cujus ve-
 ritate nihil prorsus asseverari potest. Et si indulgea-
 mus, quod ceciderit Judas se impellens; an propterea
 venter ejus findi debuit? Cadavera ex publicis & altis-
 simis patibulis dejecta & delapsa an rumpuntur? Fortè
 dicent, placuisse id divina providentia. Sed non alio modo
 scribunt, quàm si interfuissent cœlesti consilio. Pandunt fa-
 torum ordinem, quorum ipsis nulla facta est revelatio: Non-
 ne providentiâ Dei eâdem fieri potuit ut Judas eo periret
 modo, quem Papias tradit, quemque nos inferius indicabi-
 mus: nonne fingere possemus & alia. Sed sequamur κατὰ
 πρόδα magnum illum Calaubonum. Cadit in faciem Judas,
 quare non in caput? id enim est περιηὺς γενόμεν. Unde illud*

μορτα



monstrabitur? ex Scripturâ? illa eo verbo præterea non utitur. Ex Auctõribus profanis? Quid illi de hoc vocabulo sentiant cognosci poterit ex §. 12. *Cadit autem vel in saxum fortasse asperum, vel in truncum ligni acutum, aut aliàs Dei iudicio venter illi finditur.* Bone Deus! quæ non supponuntur. Concessero illis, qui cadunt ex loco sublimi in lapidem, ventrem findi, si scilicet venter ad illum pertingat, non verò caput aut pedes, quod in præcipitio plerumque fieri solet. Sed cum nihil aut de ligno aut de Saxo sub furcâ vel arbore, vel trabe Iudæ Spiritus S. dixerit, gratis hæc omnia finguntur. Si iudicium singulare Dei hisce subesse velimus, potuit rumpi sine saxo, sine ligno, potuit id fieri sic incurvato per lapsum corpore ut costæ venterque frangentes sonitum ediderint. Millia talia excogitari possent, si liceret, & debita hisce rebus reverentia non impediret. Quod de verbo *λακείω* additur illud palam falsum & inane est, nullaque ratione verbo isto indicatur. Quapropter mirari non satis possum, quomodo Gerhardus Casaubono adstipulari & scribere potuerit: *Λακείω idem est quod ῥήγνυμι inde λακίς ruptura, ac vox ἐλάκησε eo videtur nos ducere, quòd non tam casus violentia, quam singulari vindictis Dei iudicio venter creperit medius.* Inania hæc omnia. An ergo, ubi dicitur *λακείν* non hominum manus & violentiam, sed vim quandam extraordinariam intus operantem, aut singulare Dei iudicium subaudire debemus? Absit. Nam ut est vox per se communis, sic valdè ingenua & propria in eo, quod rumpitur ac sonat inter rumpendum, ut in lapsu vel alio pacto. Equidem non sumus adeo suffeni, quin concedamus & creda-

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21



mus omnia fieri arcanâ Dei voluntate, sed ejus subindicationem aliquam latentem inhærere voci λακῆσαι planè non nisi infatuati divinare possumus. Si in λακῆν resideat tale arcanum indicium divinæ voluntatis, concedendum est, quòd ubicunque vox reperitur, eadem subintelligenda sit: Aut dicendum quare hîc præsertim speciale aliquod judicium divinum intelligatur, non verò alibi. Sed hæc dicta sunt de opinione primâ.

g. X X. Ad secundam classem referendi sunt illi, qui hunc conciliandi Mattheum cum Luca modum excogitant, ut dicant: Judam se prius suspendisse, sed vel arbore in terram inclinatâ, vel aliquibus supervenientibus, qui laqueum adimerent, supervixisse aliquantulum, Deum sic eum per misericordiam invitante ad penitentiam & emendationem; sed postea novis actum furis semet præcipitem dedisse, sic ut medius crepuerit, visceraque effuderit. Auctorem hæc opinio agnoscit Theophylactum: *Comm. in Matth. 27.* qui sequentibus eam proponit verbis. Διὸ καὶ ἀπήγατο, ἵνα προλάβῃ τὸν Ἰησοῦν ἐν τῷ ἄδῳ, καὶ κτερεύσας σωτηρίας τεύξῃται. Πλὴν γίνωσκε ὅτι ἔθηκε μὲν τὸν τράχηλον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀγκύνην, ἀπὸ δένδρου τινὸς κρεμάσας ἐαυτὸν. τὸ δὲ δένδρον κλιθέντι, ἐπέξεσε: τὸ θεῖον θέλοντι αὐτὸν ἢ εἰς μετανοίαν συνηρῆται, ἢ εἰς παραδειγματισμὸν καὶ ἀισχύνην. Euthymius verò in *Matth. 19.* addit, Judam jam ab arbore pendentem cognitum à quibusdam & à suspendio liberatum fuisse, deinde postquam in secreto quodam loco modico vixisset tempore, effusis visceribus præcipitem factum fuisse. Quale quid de Ario Athanasius in *epist. ad Serapionem* memorie nostræ exposuit. Πάλαι τε Φλυαρχῶν ἐσηλθεν εἰς Γόρκας, ὡς διὰ χρεῖαν τῆς χρεῖας.



παρὸς, καὶ ἐξείφθη καὶ τὸ γεγραμμένον πηνὴς γένόμεν
 ἐλάκησε μέσθ. i. e. in nugis suis totus, ad sedes, ut neces-
 sitate ventris impulsus se contulit, atque ex templo pronus
 cecidit ac medius crepuit. Sed haud faventiore Minervâ
 illa omnia excogitata sunt, hinc eâdem facilitate à nobis
 exploduntur. Sed ordine. In genere observandum
 nullum hujus traditionis esse fundamentum, nullum a-
 picem in S. Scripturâ requiri, sed pleraque ex humano
 cerebro de prompta, quæ ut vera supponuntur de quibus
 tamen dubitatio apud eruditos exurgit maxima. Suspendium
 Iudæ ex verbo ἀπάγχωμας exculpi non potest,
 quod in genere suffocationem denotat. Ab arbore se
 Iudam suspendisse opinio est meris nitens suspitionibus;
 quæ fidem haud reperiet; nam ex clavo trabi infixo i-
 dem fieri potuit; alios modos taceo. Nec majoris est
 auctoritatis quod de arbore inclinâtâ tradunt; nam val-
 de tenera debuit esse illa arbor; aut vetustate ita ab-
 sumpta, ut molem tantam sustinere non potuerit, sed fracta
 seminecem Iudam in terram projecerit, fractam enim
 alii volunt. Si ramum dixissent melius sibi prospexissent,
 & causæ suæ patrocinati fuissent. An etiam quispiam
 adeò bardus esse poterit, ut sibi persuadeat, Iudam suspen-
 dium sui molientem in publicum aliquem locum ivisse,
 & non potiùs solitudinem infaultissimo huic operi ma-
 gis aptam elegisse. An Iudæus illum à pœnali arbore
 liberasset? Neutiquam; nam per odium, quo flagrabat
 in Iudam propter commissum scelus dolentem, id non
 licuisset. Quod de præcipitio adnectitur, illud majore
 meretur fidem, quia Spiritum S. testem habet.

§. XXI. Sed properandum ad tertiam classem.

D 3

ad

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21



ad quam pertinet Papias Scriptor fabulosissimus, Johannis
 Apostoli, ut fertur, discipulus, de quo Eusebius Hist: Eccles.
 L. 3. c. 39. p. m. 112. Σφέδρα γὰρ πισμικρὸς ἂν τὸν νῦν,
 ὡς ἂν ἐκ τῶν αὐτῶ λόγων τεκμηριώμενον εἰπεῖν, φαίνεται.
 Πλὴν καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν πλάσις ὅσοις τῶν ἐκκλησιαστικῶν
 τῆς ὁμοίας αὐτῶ δόξης παρεῖληθε γέρονε: τὴν ἀρχαῖότητα
 τ' ἀνδρὸς προβεβλημένοις. Hic ex aliorum fide & nar-
 ratione tradit: Corpus Juda ita inflatum fuisse, ut via per
 quam agi plaustrum facile poterat ipsum non caperet: obiri-
 tum igitur à plastro esse, & viscera ejus effusa. Partes
 Papiæ agit Occumenius in Comment: ad Act. c. II. p. 11.
 Edit: Paris: Ὁ Ἰέδας ἐν ἐναπέθανε τῇ ἀγχόνῃ, ἀλλ' ἐπι-
 βίω, κρατερχθεὶς ἀπὸ τῆ ἀποπνιγῆναι. καὶ τῆτο δηλοῖσιν
 αἱ τῶν Ἀποστόλων πράξεις, ὅτι πρηνῆς γινόμενος ἐλάκησε
 μέσσοι. τῆτο ἢ σαφέςτερον ἰσραὴ Παπίας ὁ Ἰωάννης τῷ Ἀ-
 ποστόλῳ μαθητῆς, λέγων, μέγα ἀσεβείας ὑποδειγμα ἐν τέ-
 τω τῷ κόσμῳ περιπάτησεν Ἰέδας. Πρῶτος γὰρ ἐπὶ το-
 σῆτον τὴν σάρκα ὡς μὴ δύνασθαι διελθεῖν, ἀμάξης ῥαδίως
 διερχομένης, ὑπὸ τῆς ἀμάξης ἐπέσθη, ὡς τὰ ἔγκυατα
 αὐτῷ ἐκκενωθῆναι. Alia deinde subjeit, non ex Papiâ
 sed aliis. Ἐπρήσθη γὰρ ἐπὶ τοσῆτον τὴν σάρκα, ὡς μὴδὲ
 ἐπόθεν ἀμάξα ῥαδίως διέρχεται, ἐκείνον δύνασθαι διελθεῖν,
 ἀλλὰ μὴδὲ αὐτὸν μόνον τὸν τῆς κεφαλῆς ἔγκον. ταῖ μὲν
 γὰρ βλέφαρα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῷ φασὶ τοσῆτον ἐξοιδῆσαι,
 ὡς αὐτὸν μὲν καθόλα τὸ φῶς μὴ βλέπειν. τῆς ὀφθαλμῶν
 ἢ αὐτῷ μὴδὲ ὑπὸ ἰατρικῆς διόπτρας ὀφθῆναι δύνασθαι. το-
 σῆτον βάθος εἶχον ἀπὸ ἕξωθεν ἐπιφανείας. τὸ ἢ αἰδοῖον
 αὐτῷ, πῆσις μὲν αἰσχύνης ἀηδέστερον καὶ μείζον φαίνεται.
 φέρεισθαι ἢ αὐτῷ τῆς ἐκ παντὸς τῆ σάματι συρρέοντας
 ἰχθύας τε καὶ σκάλικας εἰς ὑβριν δὲ αὐτῶν μόνον τῶν ἀναγ-
 καίων.



χρῆσι. Μετὰ ἧ πολλὰς βασάνεσ καὶ πινώειασ, ἐν ἰδίῃ Φασὶ
χωρῶ τελευτήσαντ', ἀπὸ τῆσ ὁσμῆσ ἐρημόν τε καὶ ἀόικητον
τὸ χωρεῖον μέγεθ' ἔχει τῆσ νῦν γενεαδ'. Ἀλλ' εἰδὲ τῆσ σήμερον δύ-
ναδ' πνα ἐπέεινον τὸν τόπον παρελθεῖν, εἰὰν μὴ τὰσ ρῖνασ
ταῖσ χερσῖν ἐπιφράξῃ. Corpore enim aded inflatus est, ut
neque posset progredi quā currus levi cursu pertransibat, imò
ne solum quidem capitis tumor. Siquidem & palpebras ocu-
lorum ejus aded intumuisse ferunt, ut lumen omninò videre
non posset: oculi verò illius neque dióπτεισ, nempe instru-
menti Medicorum adminiculo apparere possent, tantà pro-
funditate ab exteriori aspectu erant separati: genitale verò
illius membrum omnem excedebat obscœnitatem ac magni-
tudinem. Porro sanies ac vermes contumeliosè confluentes
ex toto ipsius corpore ferebantur egredientes per sola loca
secretiora. Post multa verò tormenta & ultiones, quum in
suo prædio, ut ajunt, mortuus esset, præ factore prædium illud
desertum permansit, & non habitatum usque in hodiernum
diem. Sed neque adhuc usque tempus locum illum quisquam
praterire potest, nisi obturatis manu naribus. Sed λῆροι
λόγοι, fabulæ plusquam aniles, gerræ ficulæ. Διόπτεισ
ufos esse censeo, qui hæc tam accuratè observarunt. Pa-
pιας Autoritas sublesta est. Oecumenius aliorum recen-
set sententias: quas recitasse est refutasse. Qui tamen
earum refutationem legere avet, Casaubonum in Exer-
cit: ad Annales Baronii p. 527. seq: adeat & evolvat.
Absurditatis & contradictionis reum egit Papiam, idque
maximo jure.

§. XXII. Sed tandem nihil jam [morantes pro-
gredimur ad genuinam, ut mihi saltem videtur, explicatio-
nem exitii Iudæ, & harmoniam inter Scriptores Sanctos

plā.

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21



placidaque conſpirationem oſtendemus. Hæc itaque nobis mens eſt. Iudam maximo dolore & triftitiâ fuiſſe affectum, ita ut mœrore ſpiritum conſtringente halitum ducere liberum non potuerit, tandemque omnis vita percuſum ſeſe de loco ſublimi præcipitem dediſſe, atque ita crepiſſe, & viſcera ejus effuſa fuiſſe. Quid hic contortum? nonne omnia ſponte fluunt? nonne omnia Spiritus S. totidem verbis indicat. Sed fulcris ſententiam noſtram & tibicinibus ſuffulciamus. Fulcrorum inſtar erunt rationes, quas paucas adjiciemus, pondere tamen ſuperantes omnes illas, quæ pro jam allatis in medium adferri ſolent, ſententiis atque opinionibus. Quod mœror ſpiritum conſtrinxit & reſpirationem ſuffocaverit illud innuit verbum ἀπαγχωμαί, quo Matthæus utitur, quod ſtrangulari in genere denotat. Etenim, ſtrangulat inſuſus dolor atque cor aſtuat intus. Signanter de Simone Mago Arnobius contr: Gent: l. 2. Ἀπαγχθῆναι pudore & mœrore quaſi ſuffocatus ex altiffimi culminis ſe præcipitavit ſaſtigio. Chryſoſtomus Homil: 22. ad Antiochenos τῷ εὐνοδοτὶ ἀπαγχθῆναι ἀνὸς conſcientiâ. Pertinent hæc quoque verba Artemidori, ἀπαγχθῆναι καὶ ἐαυτὸν ἀναρτῆσαι, ἡλίψεις καὶ γενεῶν χροεῖας σημάδιον. Sed cum de illâ voce §. 9. & II. egerimus & oſtenderimus eandem non propriè ſignificare ſuſpendio ſibi vitam adimere, ſed in genere ſtrangulari, quod etiâ mœrore & dolore fieri poteſt, qui ſpiritum præcludunt, vix opus erit fuſiori ſermone. Probandū potiùs erit hæc eâdem ſignificatione ſumi debere. Illud verò ex antecedentibus verbis Matthæi facili negotio demonſtrari poterit. Cùm enim Iudas Magiſtrum tuum pro triginta vendidiſſet argenteis, eumque omni exutâ humanitate, ne dicam, amore, quo ferri erga eundem deberet, turinæ Iudæorum tradidiſſet, qui eum Hieroſolymam abductum morti adjudicaverant, furiis



furiis lancinantis conscientiaë jaëctatum illum & exagita-
 tum fuisse credibile est, ut in angorem & mœrorem tam
 vehementem inciderit, qui fauces ejus strinxit, & guttur e-
 jus plenè occlusit, idque tum ex detestatione flagitii com-
 missi, tum ex desperatione (hanc enim adfuisse factum sub-
 sequens affatim docet) quod neque à Deo, neque ab ho-
 minibus, sc: Sacerdotum Principibus funestum illud ἢ
 ἀπὸς ἡμᾶς! ὃν ὄψει, quid hoc ad nos? tu videris, ipsi regeren-
 tibus, qualecunque sibi solatium polliceri posset. Hoc il-
 lud est ἀπὸς ἡμᾶς. Neque hoc insolitum est ut peccatorem
 sordibus se polluentem terror, mœror, dolorque insignis
 occupet, spiritumque præcludat, præsertim cum consci-
 entia, vicem Dei in homine gerens, evigilet. Vix tunc respi-
 randi pollet facultate. Quod eò facilius erit credere, si ve-
 ritati consona sunt, quæ de Iudâ traduntur: Nempe existi-
 mant nonnulli Iudam adhuc puerum morbo אמכרה cor-
 reptum, ac tunc evadentem אמכרוטם Iscarioth à pa-
 rentibus dictum. אמכרה verò referente Eliâ in *Thisbi*
apud Rabbinos & in libro Medicinæ est idem, quod
מחנק suffocatio. Sic Iudæi היו מחנקין מפני מחנק
האמכרה quarto die jejunabant propter anginam, ne sc:
infantes invaderet, vid: Buxtorff: Lex: Rabb: col.
1479. Scribunt enim Rabbini, hunc morbum pri-
mitus familiarem fuisse infantibus die quarto nati-
vitatis ipsorum, unde eo die jejunium instituerunt paren-
tibus. Si jam familiaris fuerit suffocatio Iudæ, nimius ille do-
lor & mœror eundem nunc suffocare & fauces constringe-
re facilius potuit, ita ut dici bene potuerit ἀπὸς ἡμᾶς.
Sed quid opus erit istiusmodi Chimæris, cùm alia super-
sint, quæ nostram stabiliant sententiam.

S. XXIII. Syriacum imò & Arabicum textum si inspe-

E

xeri-

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21



ximus patebit verbum ἀπὸ γυμνοῦ nulla ratione significare posse
 Judam mortem sibi laqueo conscivisse. Syrus habet חנק נפשה *stran-*
gulavit se ipsum. נפשה ponitur pro εἰς τὸν per Hebraismum: de
 quo videri meretur *Vorstius Philolog. S. p. m. 120, 121.* Quod Syrus
 conjugatione activâ dixit, illud *Arabs* passivâ expressit חתנק. U-
 terque utitur verbo חנק quod originem suam debet Hebræorum
 חנק, *strangulavit.* Quia verò & illi strangulantur qui se su-
 spendunt, hinc dicitur in *Pesachim fol. 112. 1.* אִם בָּקִשְׁתָּ לְחַנֵּק אֶת
 לְבַיְתְּךָ בְּאֵילֵי הַיָּדֵיךָ *si vis strangulari, suspende te in arbore.* Lo-
 cutionem dicit esse metaphoricam *Buxtorff. Lex. Rabb. col. 497.* cu-
 jus sensus: *si cupis aliquid dicere vel e tere in publicum, quod accepte-*
tur ab hominibus, fac illud a nomine Viri alicujus magni. Diversum au-
 tem apud Judæos fuisse חנק & חלה illis, qui primis labris hebræa
 gustarunt ignotum esse haud poterit: Illud dicitur *strangulavit,*
 hoc *suspendit.* Inde חנק & חלה quæ minimè confundenda sunt. Il-
 lud denotabat supplicii certam speciem, quarum quatuor apud Ju-
 dæorum gentem in usu erant: sc: *lapidatio, combustio, occisio qua gla-*
diâ fiebat, & strangulatio. Lapidatio & combustio expressæ sunt in ipsâ
 Lege. Ex ore autem Magistrum Moïsis edoctos se esse jactant, quod ubi-
 cunq; capitale supplicium in Lege simpliciter nulla certi supplicio-
 rum generis mentione additâ memoratur, ibi semper intelligenda
 sit strangulatio, & quod homicida gladio occidendus, similiterq; ci-
 ves urbis ad idolatriam declinantis gladio puniendi. Hec ex *R. May-*
monidis initio capituli XIV. Halach. Sanhedr. f. 1. & 2. adfert, Joh. Sel-
denu de Synedr. L. II. c. 13. §. 4. p. m. 330 seq. Edit. Amstel. 1659. Joh.
Bened. Carpzovius in notis ad Schikard. Jus Reg. Ebr. p. m. 260 חנק
 itaq; unum erat ex suppliciis Judæorum capitalibus, quo afficieban-
 tur 1. concubentes cum alteri nuptâ: 2. percutiens patrem s. ma-
 trem suam: 3. Qui furatus esset Israelitam: 4. Senex s. Presbyter re-
 bellis s. inobediens: 5. Pseudo-Propheta. 6. Qui prophetabat
 velut cultor stellarum: vid: *Selden: l. c. c. 13 §. 5.*
 p. m. 333. Strangulationis ritus hic erat. *Immergebant reus stercorem*
usque ad poplites suos, & indebant sudarium durius medio tenerioris,
atque circumvolvabant collo ejus: tunc attrahabant id ambo testes, qui
labse



libet ad se, donec excluderent animam. תלייהו ostentui saltem fiebat iis, qui supplicio jam erant affecti. Quanquam enim isthæc cadaverum post lapidationem suspensio pœnæ aliquam habebat rationem, longeque gravior censebatur mortis sententia, quæ præter mortem adhuc cadaveris suspendium adjudicabat, quàm quæ post mortem statim concedebat humanizationem, inter supplicia tamen h. e. mortis genera referri nequit. Nam vivi non suspendebantur sed mortui, nec mortui quovis supplicii genere, sed lapidati, & lapidati non omnes, verum illi saltem, qui ob blasphemiam vel idololatriam lapidati fuerunt. Ex quibus sole meridiano clarior fit verborum תלייהו & תורה differentia. Si jam תורה suffocationem non verò suspensionem apud Hebr. notat; eadem quoque Arabicæ & Syriacæ vocis esse debet significatio. Quæ sufficere puto ad demonstrationem prioris asserti nostri partis, sc. quod Judas ita mœrore fuerit opprestus, ut spiritum liberum ducere haud potuerit. Jam ad aliam.

§. XXIV. Quod vitæ pertæsus tandem è loco aliquo sublimi se præcipitem dederit, illud vix probatione eget. Præcipitem enim factum plerique censent, quod etiam ipsa vis phræseos πένητις γενόμενος satis testari videtur. Illud agemus: Probabimus præcipitationes neque apud Gentiles neque apud Judæos insolitas fuisse. Apud Judæos qui lapidationi destinati erant ex sublimiori loco præcipitabantur. Sic enim loquuntur c. VI. *Mischna Sanhedr. Locus lapidationis altus erat geminam hominis longitudinem. Testium alter inde remm detrucebat, ut in lumbos caderet. Si conversus in pectus esset, in lumbos convertebatur. HOC CASU SI MORTUUS ESSET, satisfactum legi: sin; alter lapidem sublatum in pectus immittebat. Si hoc idem moreretur, satisfactum: sin; a voto Israël lapidibus cadebat.* Vid: *Cocceji Sanhedr.* quod *Tom. VIII. Operum ejus* habetur p. m. 29. *Schikardum de Jure Reg. Hebr.* p. m. 265. qui eundem lapidationis ritum sed aliis verbis ex *Maymonide* recitat. Gentibus projectionem hanc usurpatam etiam fuisse, omnes ferè antiquarum rerum scriptores perhibent. Numerabatur inter publica supplicia quæ fontibus irrogabantur, non minus autem inter privatum se ipsum occidendi adminiculum. Illud confirmat *Calvus Rhodig. Lect. Antiq.* l. 10. c. 5. p. m. 440. *Godwin in Antholog. Hist. Roman.* l. 3. sect. 3. c. 8. Pertinet huc dejectio de rupe *Tarpeja*. *Tarpeja* autem vocatur *Capitoli sacrum*, è quo deturbari fontes moris erat, inquit *Plinius* hinc *Horatius* l. 1. *Sermon, Satyr, 6,* in med. p. m. 164.

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21



Tunc Syri, Dama, aut Dionysi filius, audes.
Dejicere è saxo cives? aut tradere Cadmo?

Metellum scribit *Plinius* à *Catinio Labeone*, Tribuno plebis, ad *Tarpejam* esse raptum, ut præcipitaretur. Spectat etiam huc *Lucretius*, canens,
Carcer & horribilis de saxo jactus eorum,
Verbera, carnifices, robur &c:

Sed maximè solemnè hæc fuit ab *Oratio* species talibus hominibus, qui vitæ molestiarumque ejus pertæsi in ætateque gravissimo confecti subitum inde abitum sectabantur. Sic ille apud *Comicum*:

Occidi:

Utinam mihi esset aliquid hîc quo nunc me præcipitem darem. Et alius apud *Vergilium*.

Præceps ærei speculæ de montis in sondâ
Deferar: extremum hoc munus morientis habebo.

Lucanus.

Hic se præcipiti jaculatus pondere, durâ
Dissiluit percussus humo.

Apulejus Captivam puellam sic loquentem introducit. *Hem, nunc certè furor datus perii, laqueus aut gladius, aut certè præcipitium procul dubio capessendum est. Simon Magnus pudore defessus ex altissimi culminis se præcipitavit fastigio. De Desperabundis Job: Henr. Frisius Anal. Sac. l. 1. c. 25. horrore objecti infortunii & in quod ruebant, exitii, vestibus praligabant capita, & se dabant vel in flumen, vel in mare, vel aliò præcipientes. Inter Donastitas peculiaris quædam secta erat, quam *Circumcellionum* dicebant, qui certatim eodem mortis genere se ipsos occidebant, non quidem ex tædio vitæ, sed ex Religione, ut Martyrii coronæ participes fierent. Audiatur *Philostatus de Hæresibus: In Africâ sunt, qui Circuitores dicuntur, hi circumveant terras, & quos inveniunt in viâ cogunt eos, ut interficiantur ab illis, dicentes se desiderare pati martyrium, & sub hac causâ illi latrocinantur interdum. Quidam autem ex his velut *Biathonati* moriuntur, sese dantes ad præcipitium, di versumque subeunt calamitatis interitum, vide *Baldus: Cas. Cons. l. 4. c. 1. cas. 8. p. m. 653.* Dicent tamen nonnulli nullam apicem in exemplis allatis de fissionè corporis & interiorum effusione) haberi. Sed quis non deprehendit istiusmodi præcipitationem sui ipsius ex sublimiori loco necessario somitari rapturam corporis. Naturæ rei hæc consentanea est, & sua-
ptè**



ptè sequitur, verbisque *commemendi, dissiliendi, diffidendi lacorandique in-*
sin iatur, quemadmodum videre est in Lucani loco citato. *Apulejus de La-*
trone ab anu præcipitato; Super quendam vastissimum lapidem propè jacen-
tem decidens, perfractâ diffisâque crase costarum &c. vitam evasit.
 Imò si fassum fuerit corpus ex casu illo, quem alii fingunt accidis-
 se rupto laqueo, quare non magis rumperetur, cum magno cum impetu ex
 fastigio aliquo s. excelsiori loco sese præcipitem dedit. Sed hæc, ut opinor,
 satisfacere unicuique poterunt. Hac jam sententiâ adoptatâ quis non vi-
 det quàm dextrè absque omnibus figmentis omnia explicari queant? Nul-
 la pugna inter Scriptores Sacros, cujus ne umbra quidem remanet.

§. XXV. Sed recentiorè clamabunt hanc esse de morte Judæ traditionem
 paucisq; notâ, Fateor, nova est, sed propterea nō erit rejicienda. Nam non o-
 mnia quæ antiquitas commendat sunt verissima: antiquum est mendacium,
 nec tamen propterea ullum habet cum veritate commercium. Patres vel *Pa-*
pia auctoritate, quæ tamen parva satis est, vel ejus credulitate, quæ eò major,
 Inducti fuerunt ad multa *ἀλλότρια* credenda de Judæ *βιοθανασία*. Aliæ
 traditionibus, quas ad se devolutas exosculati sunt, in devia abducti. Nos
 Spiritui S. loquenti in Scripturâ morem gerimus. Ille nobis hanc suppe-
 ditat explicationem & conciliationem locorum, non contortam sed facilem.
 Non verò in eum finem hæc à nobis sunt prolata, ut exprimere & ex-
 torquere invito assensum vel ei nostra obtrudere velimus, sed ut mentem
 saltem nostram aperiremus. Si verò aliquis meliorem methodum & ratio-
 nem explicandi hæc loca habuerit, publicæ luci exponat, & orbi litterato
 communicet. DEO interim sapientissimo sit laus honor & gloria.
 Amen.

SUPERPONDIIUM.

I.

Occiso sui ipsius suscepta ex intentione directâ nullo modo licita, quin
 potius inter gravissima homicidii peccata referenda est. II. Neque
 propterea isti, qui sibi ipsis violentas inferunt manus, fortes dicendi sunt, sed
 potius timidi atque ignavi. III. Fures non sunt suspendendi. IV. Non
 omnes pro desperatis habendi sunt, qui sese desperare dicunt. V. Baptis-
 mus Zingarorum liberis absolutè & simpliciter denegari nequit.

E 3

AME

30

29

28

27

26

25

24

23

22

21

AMBROSIIUS promptè Doctorum pulpita scandens
Exeris ingenium fat, bene culte, tuum.
Applaudo cœptis! sic porrò fortiter instā:
Atque feres studiis digna brabea tuis.

*Hiscæ erga nobilissimum Dominum Respondentem
amicissimum animum testari voluit*

HENRICUS MAJUS, D.
Archiatr & Med. P. P. Acad. p. t. Rector.

PRODITOR Iscarius quānam sit morte peremptus?
Dum prodis culti es proditor ingenii.


In honorem doctiss. Dni. Resp: properanter adjecit


CONSTANTINVS NVSLERVS,


*Philos. & J. U. D. Instit. Imper. ut & Ethic. &
Polit. Prof. Ord.*


Non unā qui lege nocens Dominumque DEūque
Prodidit, & cujus perfida lingua fuit:
Qui faciem & gestus semper simulabat amanti
Quod famuli indicium decipientis erat.
Polluit ipsius perversa pecunia mores
Et nimia argenti suasit iniqua fames,
Vendiderat pretio Dominum, servique Redemptor
Ipse sui factus merx scelerata fuit.
Huic ultor summus commercia devovet æther,
Et male sollicitum Numinis ira premit.
Desperat. Gravibus Nemesis cruciatibus instat,
Nec procul est flagris sæva Megara suis.
Quod superest vitæ; furiis agitata iniquis
Pectora de saxis præcipitanda dedit.
Ilia fundentur; spiritus mox deserit artus
Sic finem fati appetit ipse suis.
Id probat *Ambrosius* sublimia pulpita scandens,
Ambrosius Sophiæ totus amore flagrans.
Gratulor! Inceptum felici tramite cursum
Quò pergās studii deproperare precor!


P R Æ S E S.



















ⲛ (9) ⲛ

vera fidei pars, & quamvis non ipse Christus,
is, P.I. Postill. p. 198. acceptio tamen seu appre-
propriativa ad se in individuo. Quam Pau-
ribus per πληροφορίαν, certam animi de salute
m. 4, 21. per πεποιθήσιν, Rom. 8, 38. per παρ-
sine omni trepidatione divinæ misericordiæ
r. 3, 6. per ὑπεσταν, immotum fundamentum
um argumentum, quo credens certitudinis
Hebr. 11, 1. vid. B. Diet. Inst. de Justif. Quæst. II.
de fuerint præditi, eos certo salvatum iri,
e promittit. ὁ πνεύματος σωθήσεται. *Verbum*
onem corporalem notat, & idem est ac à
liberare & in vivis conservare, ut Marc.
νάγω. à Christo petit, ut ægrotanti filia
ἵνα σωθῆ ἢ ζήσεται, ut *servetur* (in vita sc.)
ritualem, & idem est ac salvare, salvum red-
morte liberare ut Matth. 1, 21. ubi Angelus de-
at, quod σώσει Ἰσραὴλ ἀπὸ πάντων ἁμαρτιῶν
sit populum suum à peccatis eorum, conf. Act.
n hanc significationem hoc nostro in loco
e obtinere, clarum est, nec probatione indi-
nam promittit fidelibus, sed ex gratia, χάρισμα
ομία, nec obtineri potest à nobis, neque etiam
nus consideratur ut opus nostrum, contradi-
risti & abstractive, licet concretive cum me-
to minus operibus, quantumvis etiam à res-
fiant, uti quidem existimat Conc. Trid.
B. Chemnitio in P.I. Exam. de B.O. solidissime
um. Est & manet donum DEI gratuitum,
n jam in hac vita per prægustum percipiunt
e sunt liberi DEI, 1. Joh. 3, 2. quoad gratui-
remissionem, Act. 10, 43. plenariam propter
ationem, Rom. 4, 5. SS. Trinitatis inhabita-
3. fiducialem ad DEUM accessionem, Rom.
ia consecutionis certitudinem, 2. Tim. 1, 12.
qua beatitudine exclusi manent infideles, non
Deus maximam lapsorum partem in lapsu
B præter-